









# JANUSSIUS RADZIVIL, D. G. DUX

Birzarum & Dubincorum, S. Romani Imperii Princeps, &c.

ACADEMIÆ LIPS. RECTOR.



Acturam hoc tempore, si vero iudicio rem aestimare volumus, haudquaquam vulgarem, Urbs Lipsiensis Univerſa, imò & ipſa Academia, fecit, in Viro Clarisſ. & Opt. Dn. SIMONE LANDTGRAVIO, Artis Medicæ Doctore Excellentisſimo, & in Praxi Medicæ jam propè triginta per annos exercitatiſſimo; qui & ipſe, poſt tot proſtigata ab aliis variorum morborum agmina, Naturæ legem immutabilem implevit (*ἀσκήσειν τοῖς ἀθροῦσιν, ἢ πᾶσι ἀποθανεῖν*). Statutum eſt cunctis hominibus, ſemel ut moriantur, dum huius vitæ caducæ & ærumnoſæ confectio, curriculo, die ab hinc quarto, in verâ CHRISTI *συνήθη* agnitione atq; invocatiōe ardenti, laboribus & miſeriis huius Mundi valedixit; atq; ita ſuo etiam exemplo docuit, nihil eſſe fragilius & incertius in hoc orbe, vitâ fortunaq; mortalium; nec quidquam uſpiam inveniri, quod fati vim internecivam, ſi decretoria illa inſtet hora, prohibere aut arcere ulla ratione poſſit. Quo caſu, ſanè improvifo & luctuoſo, ut & aliis funerum exemplis, ante oculos obverſantibus quotidianis, æquum omninò eſt, nos etiam commoneſcieri noſtræ mortalitatis, ac conditionis in hac terrenâ peregrinatione, proſus incertæ ac quaſi momentaneæ; ut & ipſi de fine

vita noſtræ cogitemus, animoſq; noſtros, in hiſce terrenis curis plus nimio defixos, ſubinde exuſcitemus, ac convertamus ad illam *μελέτην ἰουδαίας*, hoc eſt, piam meditationem diſceſſionis ex hac vita beatæ, ad quam paſſim ſcriptura Sacroſancta nos adhortatur; & per quam erecti ac confirmati, omnibus temporibus, pii ſanctiq; homines, nihil reformidarunt conſpectum mortis quantumvis truculentæ & terribilis; ſed lati ac quaſi exultabundi illum expetiverunt ſupremum & decretorium diem, quo ex hac colluvie terrenâ, per CHRISTUM, veræ vitæ Januam, ad illa ſempiterna beatarum mentium concilia tranſirent.

Ut autem piè defuncti, viri præcellentiſſimi, & de civibus atq; incolis huius urbis, Academicis pariter atq; oppidanis, præclarè meriti, exequias, que admodum convenit, honeſtè & decenter, Academico more, proſequamur; pauca quædam, hoc loco, ad ortum ipſius & ſtudiorum ac vitæ curriculum pertinentia, commemorabuntur; ex quibus non ſolum grata viri optimi, jam in CHRISTO quieſcentis, memoria altiùs ſtudioſæ juventutis animis inſidebit; ſed ſimul etiam intelliget honeſtiſſima defuncti familia, in mœrore luſtuq; graviſſimo conſtituta, non voluiſſe nos, in hac pia juſtaq; illorum perturbatione, vel hac qualicunq; gratioſâ teſtificatione: *τῆς συμπαθείας*, Chriſtianæ & ſynceræ, noſtro officio deeſſe. Prodiit in hanc lucem *ὁ ἐν Χριστῷ μακαρίτης*, in oppido ditionis Hennenbergicæ Themarâ, anno Chriſti, ſupra Milieſimum, quingentefimum, ſexageſimo octavo; à parentibus ibidem honeſtiſſimis. Pater ipſius fuit, CASPARUS Landgraſ, Civis & Senator illius oppidi, vir antiquâ virtute & fide Francicâ; Mater autem MARGARETHA, ex veteri MEISCHLORUM familia ibidem nata; fœmina tum ab aliis virtutibus, quæ ſexum illum condecorare ſolent, tum in primis à pietatis ſtudio commendatiſſima.

Hi parentes optimi, tum in pietatis & literarum atq; Artium bonarum ſtudiis, educari filium omninò cuperent, in primâ ſtatim ætate Præceptoribus Scholæ Patriæ, viris ſoleſtibus atq; induſtris, informandum eum tradiderunt; ſub quorum diſciplinâ conſtanter ille perfeveravit, uſq; ad annum ætatis XVIII. cognitionemq; primarum Artium & Linguarum, Græcæ ac Latinæ, minimè vulgarem ſibi comparavit.

Deinde miſſus eſt à parentibus in vicinum Gymnaſium Hennaenſis, quod Schleuſingæ eſt; ubi per biennium manſit, & in cœpto ſtudiorum curriculo progreſſus eos fecit, ut Præceptorum iudicio idoneus omninò videretur, qui ad uberiorem ingenii culturam capeſſendam, maturè in aliquam Academiam ſe conferret.

Etiſi autem ſubſidia eam ad rem neceſſaria non haberet; cum præſertim parens ipſius paulò antè fato functus eſſe; factum eſt tamen, divinâ quadam providentiâ, ut bonorum virorum conſilio animatus, in noſtram hanc veniret tandem Academiam; nimirum anno CHRISTI 1588. ubi naſtus ſuſtentationem qualemcunq; primarum Philoſophiæ ſtudiis dedit; Præceptoribus uſus in eo genere, præter alias privatas, Philoſophiæ diſcipulis, auditoribus ſuis, explicante; cujus manuſcriptione, brevi tempore, totam ſeſe diſcendo permeaſſe Encyclopædiam gratâ mente teſtari ſolitus eſt.

Quia verò doctrinæ atq; eruditionis teſtimonia publica (quæ ſunt *βραβεία* ſeu Gradus & Tituli honorum Scholaſticorum) minimè ſibi aſpernanda putabat; primam in ſtudio Philoſophiæ Lauream maturè petiit, ſummaq; cum laude obtinuit à Philoſophicâ Communitate in hac Academia; & deinde modis omnibus, ut Magiſteri quoq; Gradum adipiſceretur, operam in ſtudiis dedit; atq; in primis in Diſputationibus publicis, quas Baccalauri per hebdomadas ſingulas habent, ſingulari diligentia atq; alacritate ſeſe exercuit. Sed à propoſito eum honeſtiſſimo defectus ſumtum abſtinuit. Quo factum, ut à Philoſophiæ ſtudiis, in quibus ſupremam Lauream ſuffragiis omnium meruiſſet, ad culturam Medicæ Artis ſe conferret totum; cum præſertim ad id genus ſtudiorum naturæ quadam inclinatione ferretur. Quod illius propoſitum, Deo ſingulariter ita diſponente, felicisſimè ei ceſſiit; dum, præter opinionem, occaſio ei oblata exoptatiſſima, apud virum id temporis Excellentisſimum, Dn. D. ANDRE-AM DÖRERUM, Practicum in Medicina hic Lipſiæ celeberrimum, & poſtea Archiatrum, in illuſtriſſima Electorali Aulâ, multo tempore meritiſſimum, jam in CHRISTO *μακαρίτην*, à quo non modò ſuſceptus fuit in hoſpitiū, anno CHRISTI 1592. ſed & liberaliter ab eo tempore, ac quaſi pro filio habitus, per totum ſeptennium.

Quâ occaſione divinitus oblata ſic ille uſus eſt, ut non modò, per quotidianam cum viro præcellentisſimo converſationem, in ſtudio Medico proficeret felicisſimè; ſed & liberalibus ſervitiis ſuis & obſequiis, ſibi ita illius devinciret animum, ut anno CHRISTI 1598. ſumtibus ipſum neceſſariis inſtructum mitteret in Italiam, ibiq; in celeberrimâ Venetorum Academia Paduanâ ad triennium, ære ſuo, majori ex parte, ſuſtentaret.

Quo in loco non ſolum Artifices ſummos in Medicina, *Horat. Augenium, Hieron. Fabritium ab Aquapendente, Herculem Saxoniam, Alexandrum Vigonzam, & Thomam Minadum*, Artis Medicæ Profeſſores primarios & celeberrimos, aſſidue diligenterq; audivit; ſed etiam in notitiam illorum penitus ſeſe inſinuavit, exercitia eorundem Anatomica & Chirurgica ſummo ſtudio frequentavit, ac conſultationibus Medicis, quoties occaſio fuit, aliisq; in iſto genere præcipuis Actibus, ſedulo interfuit. Exaſto autem ibidem triennio (quo temporis intervallo & urbem Romam, & alias civitates in Italia primarias vidit, ac cum Medicis celebrioribus venire in notitiam ubiq; ſtudit) cum ita Patrono ſuo, viro prænomato ampliſſimo, placeret, Baſileam ex Italia venit, & Doctorali in Arte Medica Titulo ſolemniter ornatus eſt, anno CHRISTI 1601. die 4. M. Novembris; Decano id temporis CASPARO BAUHINO, Promotore autem FELICE PLATERO, Archiatris Baſilienſibus præcellentisſimis, & de re tota Medica ad poſteritatem meritiſſimis.

Baſileâ demum, anno 1602. novus Doctor rediit in hanc urbem; & poſt D. DÖRER, designati Electoralis Archiatris, diſceſſum, artem ſuam hic exercere, & Medicinam facere, felici aſpicio cœpit. Quæ res non ſolum ex animi ſententia ceſſit ipſi Doctori novo; ſed etiam urbi huic & Academiæ perquam fruſtuofa & optata accidit. Nota enim & perſpecta jam omnibus eſt viri optimi ſingularis in medendo ſolertia atq; induſtria, fides item & diligentia indefeſſa, iudicijq; in hoc genere maturitas rara & eximia; quâ tum urbis huius, tum Academiæ civibus, imò & multis aliis, Nobili ac Generoſâ familiâ natis, pluribus item, qui diverſis temporibus ſtudiorum cauſâ vixerunt in hac Academia, Principibus illuſtriſſimis, per annos jam duo detriginta, inſervire pro virili ſtudit. Et nemo fortè omnium eſt hoc tempore, in Academia hac & Urbe, qui non vehementer & ex animo inopinatum obitum viri optimi doleat, & ſuperſtitem eum atq; incolumem toto pectore exoptet.

Quod ad conjugium piè deſuſcepti attinet, duxit is in Uxorem, anno CHRISTI 1604. lectiſſimam id temporis Virginem FELICITATEM, viri quondam Ampliſſimi & Prudentiſſimi, Dn. WOLFGANGI LEBTZELTERI, Reipubl. Lipſienſis Senatoris atq; Ædilis meritiſſimi, filiam, viduam hoc tempore mœſtiſſimam; cum qua nuptias ſolennes hic Lipſiæ celebravit, 16. Octobris, ipſo die Galli; & ab eo tempore, jam in annum quintum & vigefimum, conjunctiſſimè cum ea vixit; liberorq; in hoc conjugio, divina benedictione, natos ex ea vidit XV. filios nempe decem, & quinque filias; Ex quibus filia natu maxima, FELICITAS, Viro honoratiſſimo, Dn. CASPARO ANCKELMANNO, Civi & Mercatori Hamburgeni præcipuo, in matrimonium collocata, anno CHRISTI 1622. die 23. Novembris; ſed quadrienniò poſt Hamburgi è vivis ſublata fuit, unâ poſt ſe relicta filiolo, anno nimirum 1626. M. Auguſto. Reliqui in ætate tenerâ deceſſerunt, præter filios ſex, adhuc ſuperſtites; quibus jam orphanis, ut in verâ pietatis & doctrinæ ſtudiis, ad DEI gloriam, rectè educerentur, noſtro loco meritò comprecamur.

In reliqua vita piè demortui ſyncerus ac candidus eluxit animus; nec quidquam in eo fictum ſimulatumq; fuit. Pietatem ante omnia coluit religioſè, verboq; cœleſti ſyncero & incorrupto addictus ab ineunte ætate fuit; atq; ut in eo veſtigia parentis ſequerentur liberi, ſeridè eos ſubinde hortatus eſt. Alias prodeſſe ſtudit, quibuscunq; potuit, re, conſilio, operâ. In familiari converſatione, & amicorum congreſſibus, feſtius & jucundus, ſine cujuſquam offenſione; gravis autem & adverſus nemini fuit. Quod ad vitæ finem attinet, familiaris piè deſuncto jam à multis annis fuit fluxus Hæmorrhoidum, ut Medici appellat; qui dum moderatus fuit, naturam minimè afflixit, quin potiùs immunem eam à variis aſſectibus, vigentemq; conſervavit. Sed poſtquam modum ille exceſſit, ex nimia purioris ſangvinis effuſione, remanente interim materiâ craſſâ & impurâ, aſſectus Intestiini Recti rarus & inſolens, ex caruncula, abſceſſu & fiſtula complicatus, tandem inde prodiit, conjunctus cum dolore perpetuo eoq; acerrimo.

Cui aſſectui interiùs latentè graviſſimo, tametiſi remedia omnis generis quaſita, & pro loci conditione adhibita fuere, diligentia ſumma; nihil tamen inde auxilij natura ſenſit; ſed malum magis ſubinde crevit; & dolores ſummi vires ita enervârunt, ut facile omnes intelligerent, de vita Viri optimi jam conclamatum eſſe. Quod cum & ipſe *μακαρίτης* ſatis ſciret, maturè ſe totum divinæ voluntati permisit, dolores ac cruciatus acerbisſimos patientiſſimè tulit, & beatam *ἀνάλυσιν* ex hac miſerâ & ærumnoſâ vita, votis à DEO ardentisſimis petiit; quam tandem, poſt tormenta quinque; ſerè hebdomadam graviſſima, impetravit die ab hinc quarto, intra horam Nonam Matutinam & Decimam, inter pia ſuſpiria conſopitus in CHRISTO placidiſſimè; cum non multò antè, ſalutari viatico corporis & Sangvinis CHRISTI, Unici Redemptoris, ſe ad beatum hunc egreſſum piè præparaſſet; anno ætatis ſuæ L. XI.

Quoniam igitur hodierno die, horâ III. Pomerid. uſtatis funerum ceremoniis, corpus exanimè ſepulturâ tradendum eſt, mandam Univerſis & ſingulis, juridiſtioni Academicæ ſuſpoſitis, ut dicto tempore, ad deſuncti aedes, prope arcem Pleiſſenburgum, frequentes conveniant, & hoc funus piè, ut decet, ac religioſè proſequantur. Quod officium & dignum ordine noſtro; & mœſtiſſimæ viduæ liberisq; ut & toti familiæ piè deſuncti honoratiſſimæ, haud dubiè gratiſſimum futurum eſt. Propoſ. die XVI. M. Julii, Anno CHRISTI M. DC. XXIX.

L I P S I Æ, Typis exſcribat GREGORIUS Niſch.

LIBRARIIS

RECTORI ACADEMIÆ











# JANUSSIUS RADZIVIL, D. G. DUX

Birzarum & Dubincorum, S. Romani Imperii Princeps, &c.

## ACADEMIÆ LIPS. R E C T O R.



vita nostræ cogitare  
est, piam meditati  
temporibus, piam  
petiverunt supren  
concilia transiren  
meriti, exequias,  
rum ac vitæ curric  
sæ juventutis anim  
pia iustaq; illorum

Acturam hoc tempore, si vero iudicio rem æstimare volumus, haudquaquam vulgarem, Urbs Lipsiensis  
Universa, imò & ipsa Academia, fecit, in Viro Clariss. & Opt. Dn. SIMONE LANDTGRAVIO, Artis Medicæ Docto-  
re Excellentissimo, & in Praxi Medicæ jam prosè triginta per annos exercitissimo; qui & ipse, post tot profligata ab aliis va-  
riorum morborum agmina, Naturæ legem immutabilem implevit (ἀσκήσειν τοῖς καθήκουσιν, ἢ καὶ ἀποβλέπειν. Statutum est cun-  
ctis hominibus, semel ut moriantur) dum huius vitæ caduca & arumnosæ confectio. curriculo, die ab hinc quarto, in verâ  
CHRISTIANISS. agnitione atq; invocatore. ardentis, laboribus & miseriis huius. Mundi. valedixit; atq; ita suo etiam ex-  
inveniri, quod fa-  
ne improviso & lu-  
am commonefieri  
; ut & ipsi de fine  
firmati, omnibus  
Itabundi illum ex-  
eatarum mentium  
ppidanis, præclarè  
m. ipsius & studio-  
moria. altius studio-  
voluisse nos, in hac  
Prodiit in hanc



Kodak  
LICENSED PRODUCT  
Black

White

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

in oppido ditionis Hennenbergicæ Thematâ, anno Christi, supra Millefimum, quingentesimum, sexagesimo octavo; à paren-  
tibus ibidem honestissimis. Pater ipsius fuit, CASPARUS Landgraf/Civis & Senator illius oppidi, vir antiquâ virtute & fide Francicâ; Mater au-  
tem MARGARETHA, ex veteri MEISCHIORUM familia ibidem nata; foemina tum ab aliis virtutibus, quæ sexum illum condecorare solent, tum  
in primis à pietatis studio commendatissima. Hi parentes optimi, tum in pietatis & literarum atq; Artium bonarum studiis educari filium omni-  
anò cuperent, in primâ statim ætate Præceptoribus Scholæ Patriæ, viris sole-tibus atq; indiffriis, informandum eum tradiderunt; sub quorum disciplinâ  
constantè ille perseveravit, usq; ad annum ætatis XVIII. cognitionemq; primarum Artium & Linguarum, Græcæ ac Latinæ, minimè vulgarem sibi com-  
paravit. Deinde missus est à parentibus in vicinûm Gymnasium Henaenbergicum, quod Schleusingæ est; ubi per biennium mansit, & in cœpto stu-  
diorum curriculo progressus eos fecit, ut Præceptorum iudicio idoneus eminè videretur, qui ad uberiorem ingenii. culturam capessendam, maturè  
in aliquam Academiam se conferret. Etsi autem subsidia eam ad rem necessaria non haberet; cum præsertim parens ipsius paulò antè fato functus  
esset; factum est tamen, divinâ quadam providentiâ, ut bonorum virorum consilio animatus, in nostram hanc veniret tandem Academiam; nimirum  
anno CHRISTI 1588. ubi nactus sustentationem qualemcunq; totum se initio Philosophiæ studiis dedit; Præceptoribus usus in eo genere, præter ali-  
os, Viro quondam Clariss. Dn. M. JOHANNES NELDELIO, Professore Logico excellentissimo, & M. JOHANNES FRIDERICO, id temporis scholas su-  
as privatas, Philosophiæ discipulis, auditoribus suis, explicante; cujus manu ductione, brevi tempore, totam sese discendo permeasse Encyclopædiam  
gratâ mente restari solitus est. Quia verò doctrinæ atq; eruditionis testimonia publica (quæ sunt *Βεβαίαι* seu Gradus & Tituli honorum Scholasti-  
corum) minimè sibi aspernanda putabat; primam in studio Philosophiæ Lauream maturè petiit, summaq; cum laude obtinuit à Philosophica Commu-  
nitate in hac Academia; & deinde modis omnibus, ut Magisterii quoq; Gradum adipisceretur, operam in studiis dedit; atq; in primis in Disputationibus  
publicis, quas Baccalaurei per hebdomadas singulas habent, singulari diligentia atq; alacritate sese exercuit. Sed à proposito eum honestissimo  
defectus sumtuum abstinuit. Quo factum, ut à Philosophiæ studiis, in quibus supremam Lauream suffragis omnium meruisset, ad culturam Medicæ Ar-  
tis se conferret totum; cum præsertim ad id genus studiorum naturæ quadam inclinatione ferretur. Quod illius propositum, DEO singulariter  
ita disponente, felicissimè ei cessit; dum, præter opinionem, occasio ei oblata exoptatissima, apud virum id temporis Excellentissimum, Dn. D. ANDRE-  
AM DÖRERUM, Practicum in Medicina hic Lipsiæ celeberrimum, & postea Archiatrum, in illustrissima Electorali Aulâ, multo tempore meritissi-  
mum, jam in CHRISTO *μικροτέρῳ*, à quo non modò susceptus fuit in hospitium, anno CHRISTI 1592. sed & liberaliter ab eo tempore, ac quasi pro  
conversationem, in studio Medico proficeret felicissimè; sed & liberalibus servitiis suis & obsequiis, sibi ita illius devinciret animum, ut anno CHRISTI  
1598. sumtibus ipsium necessariis instructum mitteret in Italiam, ibiq; in celeberrimâ Venetorum Academia Paduanâ ad triennium, ære suo, majori ex